

bus contusis mistum inijce in aqua vel vini (si affectus ad-
est podagricus vel articularis) partem quartam vel quin-
tam, ne iniecta torreatur, aut oleum vstionem odore rese-
rat. Percoque igni lento, donec aqua aut vinum totum co-
quendo vaneat. Quidam curiosius id parantes in vase
duplici coquunt. Succos non crassos, nec lentos in cute & car-
ne residentes dissipat, vt oleum chamemeli, anethi, roris-
marini per se vel cum cera & resina.

SECTIO VNDECIMA, DE CERATIS.



CERATUM à cera dicitur, qua for-
ma Græcis κηρότη Vel κηρίλαιον, à cera 10
& oleo: quibus cera miscetur, vt det
materiâ, quæ minus promptè diffluat.
Quod etiam Gal. innuebat lib. 4. san-
tuend. cum succos non crassos, nec lentos
ad cutim residentes digerit oleo sampsychno, præsertim
hyeme & regione frigida, per se, vel cum cera & resina:
præsertim cum super vntum corpus manere diutius stu-
des: quòd si liquidius vis, auge oleum, minue ceram, &
alia corpus & materiam præsentia. Cum in ceratis scribi-
tur cera quantum sufficit, oleum sit quadruplum ad ceram; 20
vt si recipiat olei vnc. duas, misce cera vnc. dimidiam. Si
verò scribatur cera parum, sit eius sexta, aut septima, aut
octaua pars ad oleum, vt linimentum sit liquidum veriùs
quàm ceratum: idque magis & minus pro Medici scopis.
Quò enim plus habent cera, eò solidiora sunt: quò minus,
tanto liquidiora: nisi aut longa coëlio, aut succorum largior
mistio, cera modo duram reddat compositionem. Sit ob id li-
quidius ceratũ, cum sicca multum, & multa sint miscenda.

Cera

Ceratum œsypatum Gal. emollit & digerit tumores du-
ros hepatis, splenis, vteri, neruorum, iuncturarum, & alia-
rum partium, estque anodynum: recipit ceræ flauæ vncias
tres: olei chamæmeli & irini ana vncias sex: mastiches vnciam
vnam spicæ nardi drach. duas & dimid. croci drachmam vnā
& dimidiam: terebinthinæ vnciam vnam: resinæ vnc. semis.
œsypi drachmas octoginta. Oesypus verò sic extrahitur: lanæ
ouium succidæ, libræ circiter sexaginta aquâ calidâ horis octo
merguntur, semel feruefiunt, exprimuntur: colatum reliquum
10 igni lento in vase stannato percoquitur semper ad mellis flu-
xilis crassitiē, fundū mouendo latâ rudicula lignea, ne vratur.

*Ceratum quod ex œsypo fit, notum omnibus medicamē-
tum libr. 4. meth. vsus cerati eius & similium rectus fue-
rit, siue parti affricetur, siue tela exceptum imponatur per
horam vnam ante pastus: & calidum sit hyeme, æstate te-
pidum, tamen id in vsu non est. Paulo aliter œsypum colli-
git Dioscorid. lib. 2.*

Ceratum œsypi ex Philagrio eadem potens, croci drach.
quinque: bdellij, mastiches, hammoniacy, aloës, styracis
20 liquidij, ana drach. septem: ceræ flauæ libr. vnam: terebinthinæ
vnc. vnam & semis. medullæ cruris vaccini, adipis anseris, ana
drach. quindecim: œsypi libram vnam & dimid. olei nardini.
q. f. Bdellium, hammoniacy, aloë dissoluantur in aqua, in
qua fœnugræcum & chamæmelum sunt macerata, & cum
aliis misceantur in vnguentum. Post Philagrium addiderunt
succij scillæ vncias tres: sepi vitulini drachm. quindecim: thuris
vnciam vnam: & in alio rectius ceræ quartaria tria.

*Potentius est priore ad emolliendas duritias ex morbo
Hispanico, etiam valentioribus quibusdam interdum ad-
30 iectis, & si necesse est, etiam vulgari cinnabrio, quod ar-
gento viuo & sulphure simul vsus constat.*

Ceratum œsypatum ex Paulo idem pollens, recipit ham-
moniacy drachmas decem: bdellij drachmas quinque: sty-
racis liquidij, vel myrrhæ factis drachmas quatuor: croci sel-
quidr. aloës, mastiches, thuris ana drachmas duas & dimidiā:
ceræ drachmas tres: sepi & medullæ vituli ana drachmas duas:
œsypi drachmas quadraginta: olei irini. q. f.

Apud Pau. lib. 7. alia huic multum diuersa legitur cerati huius descriptio.

* **C**eratum santalinum phlegmonas & intemperaturas omnes calidas ventriculi hepatis, & partium aliarum potentissimè extinguit: recipit rosarum drach. duodecim: santalorum rub. drachm. decem santali albi & citrini ana drachm. sex: boli Armenicæ drach. septem: spodij drachmas quatuor: caphuræ drach. duas: ceræ albæ drachmas triginta: ol. rosati libram vnā: misce: cera & olei si lauentur, fiet præstantius.

Vsu frequentiss. est hoc ceratum apud quosdam nomine 10
Unguenti, minus tamen refrigerat, quam titulo pollicetur:
opinor quòd quæ pro santalis miscentur, ligna sunt calida,
& caphura & spondium parū frigeant: mirum ni etiā ca-
leant, quòd vtrumq; multas partes calidas habeat, & illa
sit arte supposititia. Sunt qui id vt sequens cerat. Galen. re-
frigerans parāt, liquādo scilicet ceram cum oleo in vase du-
plici: deinde vbi refrigeratum est, aquā frigidā manibus
aut rudiculā diu agitant: postea dictos pulueros miscent.

Cerat. Galeni valentiùs refrigerat, febribus ardentibus & cephalalgia calenti, & cum pulsu dolorifico saluber- 20
 rimum: fit ex ceræ albæ vncia vna: olei rosati ex omphaci-
 no facti vncias † quatuor: aquæ fontis frigidis. q. s. ad multum
 † vel tribus
 Gal. lib. 10. diuque lauandum & subigendum ceratum, quod tandem ex
 meth. aceto albo, pauco, claro, similiter subigendum est.

Ceratum album sæpe dicitur quibusdam unguentum:
fiat autem omnino in vase duplici, & sit recens. Eo Galen.
erysipelata & phlegmonas pudendorum initio mitigabat,
& sic parabat libro 10. method. Medicamentum omnium
quæ humectant & refrigerant simpliss. quo etiam ad ery-
sipelata & phlegmonas pudendorum vtor initio prius- 30
quam depascens aliqua putredo appareat. Ceræ optimæ
 Lib. 10. met. *Albæ Pontica, vel ex Atticis extracta fauis, elota vnciā*
vnā: olei omphacini, id est, crudi citra salem: tenuis (qua-
le sabinum est) vncias tres, vel vncias quatuor, vt humi-
dum

dum sit ceratum: cum vti voles, liqua in vase duplici: deinde cum modicè coinit, refrigerando, mittendo vas in quo est cerat. in aquam frigidissimam cum admodum erit refrigeratum, misce in mortario paulatim tantum aquæ frigidissimæ, quantum in se molliendo poterit accipere: cui si addas aceti admodum tenuis & clari, & albi paululum, magis refrigerans & humectans medic. efficies: hæctenus libr. 10. metho. De hoc Galen. libr. 10. meth. decimo, & lib. primo simpl. cap. sexto: & libro sexto sanitat. tuæ. Vbi aceti
 10 vice, subigendo manibus diu in mortario, miscet succum semperuii, solani, cotyledonis, psyllij, polygoni, tribuli, portulacæ, lactucæ, & similia. Id autem ceratum vbi incaluit, tollendum est: nam calfactum recalscit. Ego inter duas telas extensum intemperaturis partium calidis tepidum applico: horâ post dimidiâ aufero: aliquandiu post parti red do, si opus est: quotidie autem nouum nouæ telæ impono, priore nimis siccato. Sic enim dum libet, tollitur & redditur, nec pars inuncta ægro tædium adfert.

20 **C**erat. Gal. stomachicum, ventriculum & hepar roborat: chorum dolorem à frigido lenit, appetentiam excitat, coctionem iuuat: recipit rosarum, mastiches, ana drach. viginti: foliorum siccorum absinthij drac. quindecim: spicæ nardi dra. decem, trita tenuiss. ceræ vnc. quatuor: olei. rosati lib. vnam & semis. liquentur hæc igni, & aqua rosarum diu lauentur: iterum
 liquentur & lauentur vino veteri & austero, & succo cydonio
 rum, & aceto pauco: post misceantur reliqua, & fiat ceratum. reddunt ce-
 ratum.

Ceratum hoc stomachicum apud Gal. nondum legi: sed
 id est, quo assidue vtor, inquit Gale. initio lib. 8. c. ph. p. &
 lib. octauo methodi, & post eum Paulus: recipit autem vn-
 30 gueti nardini optimi, ceræ Põticæ amaræ, vel alterius Pon-
 ticæ, vel Tyrrhenicæ (quæ alba est ablutio) vel alte-
 rius odoræ & pinguis, sed lotæ, ana vnc. Romanam vnam,
 seu drach. octo: æstate verò ceræ tantum drachm. septem:

liqua in vase duplici: refrigerato deinde et raso adde aloës,
 mastiches, pulueris mollissimi ana drach. vnam, vel pau-
 lo amplius: non tamen ultra sesquidrach. Quòd si maiore
 est adstrictione opus, cum scilicet tanta est imbecillitas, ut
 ne cibum quidem continere possit, auge mastichen ad ses-
 quidrachm. vel adde omphacij tantundem, vel absinthij
 succum, vel vtrūque: & præter hæc interdum hypocysthi-
 dem, & ænanthen, id est, vitium syluestrium germen cum
 floribus, & succum rhois. sed dum ceratum conficis, hæc mi-
 scenda ante aloën & mastichen, tuncque ceræ & nardini¹⁰
 unguenti pondus pro reliquorum portione augendum, ut
 si quatuor ex alijs drach. colligantur, cerati nardini vnc.
 sint quatuor, ceræ quidem duæ, vng. nardini etiam duæ.
 Præstantius fiet si spicati unguent. vel foliati sumptuoso-
 rum Romæ medicamentorum aliquid addas. Potes etiam
 loco nardini mastichinum vel melinum optimum & re-
 cens miscere. Quòd si ventriculus intus vritur, ita ut affe-
 ctus phlegmonæ similis in eo consistere videatur, fiat ce-
 ratum ex oleo melino cum ænanthe vel hypocysthide, vel
 balaustys, vel ποικίλων, id est, palmularum carne, & alijs²⁰
 quæ ventriculum refrigerare & firmare sunt idonea. Ad
 rem verò præsentem commodissimum semper diliges,
 intentus dictis scopis. Mes. autem in suo, pro aloë rosas fo-
 lia verò absinthij, pro succo: spicam nardi cum oleo rosato,
 pro unguento nardino ponit: horum tamen dosi ut masti-
 ches immodica. Potest tamen parari ad robur stomachi in
 febribus, aut ipsius phlegmone. Quod ex Gal. citat Nico-
 laus, emplastriformam habet: & simplicia permulta non
 esse Galeni acutè declarant.

Ceratum diapente, spasmus, & neruorum iunctura-³⁰
 rumque tumores duros & nodosos lenit: accipit ceræ
 flauæ vnc. tres, styracis liquidi drac. tres: terebinthinæ vnc. vnā
 †Zanath. muccaginistichthyocollæ, vel gummi hederæ, ol. irini. q. s.

R.

Rariss. vsu. Ceratum erit hoc veterum, si plus olei accipias: recentiorum, si minus.

Ceratum Alexandri, ventriculum & ventrem reliquum inferiorem roborat, ab hisque duritiem dissipat: recipit comarum absinthij, thuris, ana drachmas decem: hammoniaci, styracis calamitæ, ana drac. duodecim: spicæ nardi drach. tres, ceræ vnc. quatuor: ol. chamæmelini. q. s. Hammoniacum & thus vino horis vigintiquatuor macerentur: ol. & cera liquentur igni: reliqua trita & creta inspergantur.

20 *Mediolani in vsu est frequenti, dignum quod etiam alibi vsurpetur: Cera ex oleo liquata, hammoniacum vino vigintiquatuor horis maceratum, & ad mellis crassitiem coctum, per se miscetur: deinde pul. tenuis adduntur. Quod si styrax & thus pinguia & mollia sunt, etiam dissoluenda.*

Alterum eiusdem valenter schirrhos dissipat, articulo-
rum & neruorum omnium dolores & affectus diuturnos à frigido natos, & contractiones, & paralyfin, & torturam: recipit castorij, euphorbij, piperis longi & nigri, ana vnciam vnā: hammo. opop. gal. ana vnciam vnā, & semis. medullæ cruris cerui & vaccæ, ana vnc. duas: terebinth. vncia sex: styracis liquidi vnciam vnā: adipis gallinæ & anatis, & anseris, & porci, ana vnciam vnā & dimid. ceræ libram vnā ol. veteris, nardini, irini, laurini, chamæmelini, leucioij lutei, olei naptici ana vnc. octo: ol. balsami vnc. quatuor: vini veteris. q. s. ad macerandum medic. sicca. Efficacius fit, si addas cæsypii vncias quatuor.

*De naphtha
Dioscori. de
asphalto.*

Est efficaciss. & magno successu in vsu venerit ad dissipandum tumores duros & articulorum dolores, præcipuè à lue Hispanica.

30 **C**eratum Andromachi, ventriculum frigidum roborat: ne excrementa aliarum partium tam promptè recipiat, affectus neruorum & iūcturarum frigidos, vt duritiem, dolores, tumores, quos dissoluit, si digeri sunt habiles: aut coquit, & suppurat, si maturari possunt. Recipit styracis vnciæ semissem: mastiches vnciam vnā & semissem: folij, spicæ nardi ana drachmas tres & semis. euphorbij drachma tres: cynamomi drachmas sex: ceræ albæ drachmas viginti: ol. balanini.

vncias octo: ol. balsami drachmas quindecim: Fiat ceratum.

Haectenus cerata in Antido. Mes. id autem ex suo Gradin, cap. de spafmo.

Ceratum de euphorbio ad spafmum, recipit olei cinnamomi, aut ol. antiqui lib. vnam. ceræ flauæ vncias duas: euphorbij recentis vnciam vnam: fiat ceratum pro parte conuulfa mirabile.

Li. 2. c. ph. p.

*Quod autem est Gal. ceratum dieuphorbiu, recipit ceræ vnc. tres, euphorby vnc. vnam: ol. Sabini, vel alterius ex oliuis maturis lib. vnam: fiat ceratū simpliciffimum ad 10
dolorem capitis à frigore, ad veterem hemicraniam, ischia
dem à causa frigida, non calida.*

Ceratum ad hernias ex pelle arietina, D.

Arnaldi de villa noua.

Recip. Lithargyri, auri, opij, sedenegi, sang. draconis, boli Arme. mastich. hammoniacy, mumiæ, galbani, thuris, costi, lubricorum terrestrium, ana drac. semis. picis naualis, picis Græcæ, id est, colophonix, ceræ albæ, ceræ rubr.

ana drachmam vnam: radicum soldaginis

maioris, radicum soldaginis me-

diæ, radicū soldaginis mi

noris, ana drach-

mas tres.

